

Sted

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.



D.O.M.
IN
HAHNIANIS
ET
JOSEPHINIS

NVPTIIS
Soræ apud Lufatos
celebratis

non fornices fabianis fimiles,
non pomparum fercula,

sed aras humiles

LÆTITIAE,

VENERATIONIS;

AMORIS,

BONÆ SPEI,

&

VOTIVÆ PIETATIS

dedicat,

ac honoribus

VIRI SVMME REVERENDI ATQVE AMPLISSIMI

DOMINI

DOM.

JEREMIAE JOSEPHI,

Antistitis Sorani,

Patris felicissimi

statuit

JO. GOTTFR. ZEISKE.

SORAVIÆ, stanno Rothiano,

Ak





Fundatur in lætitiã animus!

Hilaria

hilarẽs requirunt mentes.

Lætatur JOSEPHIDES,
quem res tristes non trifiozem,
lætã non lætiorẽ faciunt.

Lætatur pater;

Liceat gaudere liberis.

Jam denuo pater est,

quia per FILIAM acquirit FILIVM,
Filiũ pietate nec filii quibuscunq; secundum,
vt incertum sit,

an sapientius generum elegerit,

an felicius focer electus sit.

Ament Musæ silentium;

sit certe religiosum silentium omni voce vocalius:

Pietas tamen non tacebit.

Non capit illa gaudia, quæ capit.

vna ea re tristis,

quod lætitiæ non fatis litat ac perlitat.

O quantus est,

qui magnus est in minimis,

paruus etiam in maximis!

Nempe tanta ipsi DEVS cum tribuerit,

nihil sibi solet tribuere.

eo ipso honorator,

quod honoris non est sitiens,

quanto demissior, tanto sublimior,

ambiendus, ipse sine ambitione,

venerabilis, vt amare velis,

amabilis, vt non possis non venerari.

Hic temperamentum grauitatis & suauitatis

in ipsa simplicitate ingenua,

Virtus inimitabilis, ad imitandum omnibus proposita.

Mens summi laboris sine ergastilia.

Numa est, sed sine Egeria.

Jason sine Medea.

Nestor, annis adhuc melioribus.

Confus, nec tamen sub terra cultus, sed in luce.

Quisquis vel micam ingenii JOSEPHIS digni habet,
JOSEPHVM in JOSEPHO facile inueniet.

* * *

Paulus alter es, ANTISTES,
 vere antistes,
 quia antistas omnes beneficiis & meritis.
 TV Mannæ instar,
 omnibus es omnia.
 Ecclesias, scholas, viduas, orphanos, pauperes complecteris,
 omnia vnus,
 immo vero TV per vnum DEVM,
 qui vnus TIBI omnia.
 Impendis te ipsum, quod impensissimum amoris genus.
 Nec profusio est, quæ tanta lucratur.
 Nihil Tibi, omnia aliis quæris.
 Non amas nostra, sed nos.
 Amas & illos, qui non amant.
 Beneficia reddis maleficiis,
 beneuolus maleuolis.
 Patet domus adeuntibus, manus pluribus, animus omnibus.
 Non oratus exoraris.
 Precibus tuis quantum deberemus,
 nemo nesciret,
 nisi TV solus nescire ac nesciri malles.
 Pacis studium in TE agnoscunt & pacis hostes.
 Inter bella Domini es pacificus,
 veritatis vindex acerrimus.
 Quietum fatentur, etiam qui inquietissimi.
 Laudant & ii, qui optimâ quæque carpunt,
 æquitatem iniquissimi,
 humanitatem, quibus nihil cum humanitate commercii.
 Omnia fers, vt nos feramus facilius, quicquid incumbit.
 Mella fundis, sed sine aculeo.
 Margaritas, non lapides, loqueris,
 immo VNIONEM vnum, ipse gemma,
 & in laboribus exantlandis adamantinus.
 Quis non diceret amare ab amore?
 Amor amoris amorem, AMOR NOSTER, amore conciliat.
 Hic vincere gloriosum; vinci gloriosius,
 vtrumque vtroque dulcius.
 Amat TE SPONSVS, amat SPONSAM.
 nec mirum
 ut qui pietatem, eruditionem, prudentiam, virtutem amat.
 Dotem quærit? Virtus est.
 Hæc amare cogit, quanquam amor non cogitur.



Amor & spes auspiciatissimo iunguntur connubio.
Præsentem exosculamur, futura bona præstolamur.

Plura cum habeamus, plura expectamus.
Quæ ante oculos sunt, faciunt, vt longinqua prospiciamus.
Nec omnium hoc est: hæc ancora non rumpitur.

Erit DEVS TIBI, quod fuit semper, & est.

Is REX, Dux, Princeps, Comes Tuus,

Te, amicus amicum

reddet

sub onere validum,

in tempestatibus tranquillum,

in corpusculi infirmitate firmum,

inter infelicitates temporum felicem.

Erit fœdus, amoris exemplum sine exemplo.

Et cum antiquum iam erit, non antiquabitur,

nec nouitatis gratiam amittet.

Virebit, cum exaruisse videbitur.

Fructur TE posteritas, tu posteritate.

Famæ tuæ interes viuus.

Intereris etiam, cum non eris.

Eris autem semper,

& post impletam, vtinam sero! ~~iam~~ immortalitatem immortalis.



TV DEVS,

Rerum omnium principium & finis,

interis vinculo, quod non nisi inter duos est,

ipse tertius, immo primus.

Qui amor es, inspira amores, adspira fauonios.

Sis

Ephorus Ephori,

Doctör Doctöris,

Pater Patris.

Largiaris Manafas,

vt obliuiscatur priorum;

Des Ephraimos,

vt crescat & augeatur profapia,

vtque nominis mensura impleta

vere fit JOSEPHVS!

EX. VOTO.

ANIMO. LIBENS.

POSVIT.

DEDICAVIT. XIV. KAL. MART.

CID 15 CC XXII.

J. G. Z.





78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
rest. nicht vergeben!



1077

R.40



D. O. M.
IN
HAHNIANIS
ET
JOSEPHINIS
NVPTIIS

Soræ apud Lufatos
celebratis

non fornices fabianis fimiles,
non pomparum fercula,

sed aras humiles

LÆTITIÆ,

VENERATIONIS,

AMORIS,

BONÆ SPEI,

&

VOTIVÆ PIETATIS

dedicat,

ac honoribus

VIRI SVMME REVERENDI ATQVE AMPLISSIMI
DOMINI

D. O. M.

JEREMIAE JOSEPHI,

Antifitis Sorani,

Patris felicissimi

statuit

JO. GOTTFR. ZEISKE.

SORAVLÆ, stanno Rothiano,

